UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Textus sequentiarum cum lucule[n]tissima tam sententiaru[m] q[uam] vocabuloru[m] interpretatione scripture autoritatib[us] alioru[m]q[ue] exemplis creberrimis roborata

Colonie, 1506

VD16 T 655

De sancto Michaele

urn:nbn:de:hbz:466:1-30585

Visual Library

Ummi regis archangele michael intēde queſum⁹ noſtris vocib⁹ Te deū obſecra ꝓ nobis vt donet auxilium miſeris Te nanqȝ ꝯfitemur eē ſupnoꝝ ciuiū principē. Principalis eſt poteſtas a dn̄o tibi data peccātes ſaluificare aīas. Idē tenēs ꝑpetui potentiā paradiſi oēs ꝯciues te honorant ſuperi.

¶ Iſta ſequētia cantat̄ ad laudē ꝛ gl̄iam angeloꝝ ꝛ oīm ſpirituū btōꝝ. Et diuidit̄ in tres ptes. Primo dirigit petitōem ad ſanctū michaelē tāqȝ ad ṗncipē angeloꝝ. vt ip̄e intercedat ꝓ nob̄ ad dn̄m. Scd̄o ꝯmēdat beatū michaelē reſpectu miniſtroꝝ ſibi traditoꝝ. Tercio dirigit petitōez ad plures angelos Scd̄a ibi. tu in tem. Tercia ibi. audi nos michael. dicēs ṗmo ſic. O (michael archāgele ſummi reg̃. nos q̄ſum⁹) .i. rogamus (tu intēde noſtris vocib⁹) .ſ. qb⁹ te oram⁹ (nāqȝ) ꝓ q̄a (nos ꝯfitemur te eē ṗncipē ſupnoꝝ ciuiū) .i. angeloꝝ (tu obſecra) .i. roga (deū ꝓ nob̄ vt mittat auxiliū nob̄ miſer̃) O michael (ṗncipal̃ ptās ē tibi data a dn̄o ſaluificare) .i. ſaluos facere (peccātes aīas. Idē) ſcȝ michael (tenēs potētiā ꝑpetuī paradiſi) .i. celi (ꝛ oēs ſuperi ꝯciues) .i. angeli (te honorāt) ¶ Notandū iſti ſunt q̄ q̄tidie aſſiſtūt an̄ thronū dei. ita ſcribit̄ Apoc. viij. In qb⁹ ꝟbis tāgit̄ myſteriū celeſtis exercit⁹ angeloꝝ cui⁹ ē oīm tpe aſſiſtere corā deo ꝛ ei⁹ nutib⁹ obedire. Pro q̄ vlteri⁹ ſciendū. ꝙ pn̄s feſtū dr̄ memoria angeloꝝ. ꝛ tn̄ in ip̄o agit̄ ſolēnitas ꝛ reuerētia oīm ſpirituū beatoꝝ. licȝ intitulet̄ feſtū ſcti Michaelis a ṗncipe oīm angeloꝝ. qm̄ ip̄e ē ṗnceps militie celeſtis exercit⁹ ꝛ oīm aīaꝝ fideliū ip̄e ꝓpugnator ē. ſicut legit̄ in Daniele. In tpe illo ſurget michael q̄ ſtet ꝓ filijs ꝑpli ſui ꝯtra furorē draconis Itē nota. ph̄s dr̄ ꝛ ꝯmētator in libro de celo ꝛ mūdo. ꝙ opinandū ē de eo. ꝙ ei⁹ ꝯuerſatio ſit ſicut reg̃ in politia bn̄ ordinata. Sicut eīn rex hȝ ṗmates ꝛ ꝯſiliarios in ꝓximo latere. vltra q̄s hȝ duces milites aduocatos ꝛ vaſallos ſcḋm gradū dignitat̃. Sic eſtimandū ē de deo ꝙ hȝ angelos in ſui miniſteriū ſcḋm gradualitatē dignitat̃ diſtinctos. Qn̄ igit̄ volumus placare deū oportet ꝙ ṗmo tranſeam⁹ ꝑ media. ſcȝ ꝑ naturā angelicā. qm̄ ip̄i angeli q̄tidie aſſiſtūt an̄ thronū dei. ꝛ q̄ ad depcandū naturā angelicā. autor poſuit nob̄ iſtam ſequentiā. Vn̄ circa illud dr̄ bt̄. Aug⁹. ꝙ angeli ſunt nob̄ ad h̄ deputati vt orōnes noſtras ꝛ bona opa noſtra portēt an̄ ꝯſpectū trinitatis. vn̄ pſ. Dirigat̄ orō mea ſicut incenſum in ꝯſpectu tuo. ꝛ iterum In ꝯſpectu angelorum pſallam tibi

¶ Pro terminis nota. Queſum⁹ eſt verbū defectm̄ nihil hn̄s niſi q̄ſo ꝛ q̄ſumus. vt pꝫ in Alexandro. Itē ſuperi eſt nomē pluralis numeri.

Tu in templo dei thuribulū aureū viſus es habuiſſe manib⁹ indeſcandens. Vapor aromate plurimo ꝑuenit an̄ cōſpectū dei. Qn̄ cum dracone magno cōmiſiſti prelium faucib⁹ illius animas eruiſti

plurimas. Inde maximum agebatur in celo ſilentiū. milia milium dicebant ſalus regi domino.

¶ Hic autor ꝯmēdat Michaelē penes q̄dā miniſteria ſibi a deo tradita dicēs. O michael (tu es viſus in manibꝰ habuiſſe aureū thuribulū in tēplo dei. inde). i. de q̄ thuribulo (vapor). i. fumꝰ (plurimo aromate). i. cū multo aromate (ſcandēs). i. aſcēdēs (ꝑuenit añ ꝯſpectū dei) Et o michael (tu eruiſti). i. eripuiſti (plurimas aīas faucibꝰ). i. de ꝑtāte (illiꝰ). ſ. draconis (qñ tu ꝯmiſiſti magnū ꝑliū cū magno dracone). i. diabolo (Inde). i. de illo ꝑlio (maximū ſilentiū agebat). i. fiebat (in celo ⁊ milia miliū). ſ. angelorꝫ (dicebāt. ſalꝰ) ſcꝫ ſit (regi dño) ¶ Notādū p̄mo. ſic legit in Apoca. Sanctꝰ michael viſus ē ſtetiſſe in tēplo dñi ⁊ habuiſſe thuribulū aureum in manu ſua. de q̄ aſcēdit fumꝰ aromatū. Ex q̊ pꝫ ꝙ ip̄e ē cuſtos humane nature. qꝛ ip̄e q̄tidie añ deū hñs thuribulū aureū clarefacit ꝯſcientias iuſtorꝫ in manu ſua. qbꝰ ꝯſcientijs dant multa incenſa ꝓpter diuerſas crematōes ignei amoris. ſicut ē amor igneus. amor ꝓperans. fumꝰ thuribuli. i. bona op̄atio aſcēdit in ꝯſpectu dñi de manu angeli. Ipi eīm omne opꝰ bonū reuelāt dño ipi ſunt bñ habētes fiolas aureas plenas odoramentis q̄ ſunt orōnes ſancte iſtorꝫ hoim. ¶ Scđo nota. legit ibidem in Apoca. Factū ē ꝑliū magnū in celo. ⁊ angeli eiꝰ ꝑliabant cum dracone. ⁊ draco repugnauit ꝯtra eos ⁊ nō valuit. nec inuentus eſt locꝰ eius ampliꝰ in celo. Ip̄e eīm ē pugil fortiſſimus. q̄ interficiens diabolū multas de poteſtate eius liberauit. ⁊ ſic poſtea ſilentiū magnū factum eſt in celo ⁊ milia miliū dicebant. ſalus dño deo noſtro. ¶ Tercio nota. autor in lr̄a dr̄. cum dracone ꝯmiſiſti ⁊c. Vñ ſctūs michael multiplicē obtinuit victoriā Prima ē. qñ luciferꝫ cū ſuis ſequacibꝰ de celo expulit. Cū eīm lucifer eq̄litatē dei appetiſſet. archāgelus michael ipm cū oībꝰ ſequacibꝰ de celo expulit. Vñ Haymo dr̄ ꝙ aer fuit tam plenus demonibꝰ ⁊ malignis ſpiritibꝰ ſicut radij ſolis athomis. i. minutiſſimis puluerbꝰ. Scđa victoria eſt quā angeli quottidie de demonibꝰ obtinent dum ꝓ nobis ꝯtra eos pugnantes nos ab eorꝫ temptatōne remouent. ⁊ hoc tripl'r. Primo poteſtatē demonū refrenādo. Scđo ꝯcupiſcentiā ⁊ irā malam refrigerando. Tercio memoriā dñice paſſionis mentibꝰ noſtris imp̄mendo. Tercia victoria eſt. quā archangelus de antichriſto habebit. qñ antichriſtus ſtabit in ſolio ſuo. id eſt in loco ſuo. Unde ſicut dñs ieſus aſcendit. ita ⁊ ip̄e antichriſtus aſcendere cupiet. ſed Michael adueniens ipm interficiet vbi diaboli in magna flāma ignis aiam eius ad infernū rapient De tali prelio ⁊ victoria dr̄ illud qđ dr̄ in Apoca. Factū eſt preliū magnū de celo

¶ Item nota. ꝙ in celis triplex legitur eſſe hierarchia. ſcꝫ ſumma. media. et infima. ⁊ quelibet hierarchia continet tres ordines. Prima ꝯtinet angelos archangelos. ⁊ p̄ncipatus. Scđa continet ſcḋm aſſignatōnem beati Dionyſii in libro de celeſti hierarchia dominatōnes. ꝟtutes ⁊ poteſtates Tercia ꝯtinet cherubin ſeraphin ⁊ thronos ſpirituū. vñꝰ. Spirituū nouem chori ſunt ſcilicet iſti. Angelus archangelus. virtus. dominatio. p̄nci. Atqꝫ poteſtates cherubin. ſeraphin. quoqꝫ throni.

¶ Pro terminis nota Viſus eſt pticipiũ p̄teriti tpis deriuatũ a vide
o. Sʒ draco ē nomē tercie declinatōis maſculini gn̄is. ⁊ moueť. vt h dra
co. hec dracena. Et dr̄n̄t draco, ⁊ traco. vñ verſus. Beſtia ſeua draco. via
ſubterrenea traco. Sed faux ḃcat partem oris

**Audi nos michael archangele ſumme huc parũ deſcende de poli
ſede nobis ferendo opem domini atqʒ leuamen. Tu noſtros ga-
briel hoſtes pſterne tu raphael egris affer medelā. morbos abſterge
culpas dele. noſqʒ fac intereſſe gaudijs beatorum**

¶ Hic iam autor dirigit petitōem ad plures angelos ſucceſſiue. ⁊ pri
mo ad ſanctũ michaelē dicēs (O michael ſumme angele tu audi nos et
deſcēde) ſcʒ (p tuũ adiutoriũ huc). i. ad nos (de ſede poli). i. de celo (ferē-
do). i. dādo (nob miſerꝫ opem). i. auxiliũ (atqʒ), p et (leuamē) ſcʒ indulgē
tie. O (gabriel tu pſterne). i. cadere fac (noſtros hoſtes) ⁊ o (raphael tu
affer). i. da (medelā). i. medicinā (egris). i. infirmis (tu auerte). i. remoue
(morbos) tu (dele culpas). i. noxas (qʒ) p et (⁊ tu fac nos intereſſe gau-
dijs) ſcʒ celeſtib⁹ (beatoꝝ) ¶ Notandum p̄mo. hic enumeranť tm̄ tres
angeli. in qb⁹ oēs angeli cuiuſcūqʒ ordinis danť intelligi. ⁊ hoc ideo eſt. qꝛ
illi nobis notiſſimi ſunt ⁊ etiā magis ſcogniti. ⁊ cuilibet ē p̄ncipale officiuꝫ
deputatũ. qꝛ michael ſolet aīas de ptāte diaboli eripere. Sed gabriel ſo-
let noſtros hoſtes pſternere ergo interp̄tatur gabriel quaſi fortitudo dei
Sʒ raphael ſolet corpus ⁊ ꝯſcias mūdare. ⁊ pctā delere. qꝛ ipa medicina
dei vocať. Scđo nota. hoc feſtũ in memoriā angeloꝝ decet nos celebrare
multiplici rōne. Ipſi em̄ ſunt cuſtodes noſtri. miniſtratores noſtri. ⁊ ꝯci-
ues nr̄i. ⁊ orōnũ noſtraꝝ apud deũ rep̄ſentatores. eterni regꝫ nobiliſſimi
milites. ⁊ tribulatoꝝ ꝯſolatores. etiam aīaꝝ noſtraꝝ in celum portatores
Primo igitur debemus eos honorare. qꝛ ſunt cuſtodes noſtri. cuilibet em̄
homini dantur duo angeli. vnus malus ad excitandũ ad pctā. alius bo-
nus ad cuſtodiendũ hoīes in omni aduerſitate. Scđo debemus angelos
honorare. qꝛ ſunt miniſtratores noſtri. Vñ apl's ad Hebreos. Sunt aũt
adminiſtratorij ſpūs. oēs em̄ mittunť pp̄ter nos vt poſſint nos iuuare ⁊
inſidias diaboloꝝ impugnare. ergo videns nos auxilio coꝝ egere ⁊ ma-
los angelos nos impugnare. Tercio debemus eos honorare. quia ſunt
fratres noſtri ⁊ ꝯciues. oēs em̄ electi aſſumunť ad ordines angeloꝝ. qdā
ad ſupiores. qdam ad inferiores. qdam ad medios ſm diuerſitatē meri-
torũ. Quarto debemus eos honorare. quia ſunt aīarum noſtraꝝ in celũ
portatores. ⁊ hoc tripliciter. Primo viam p̄parando. vñ Malachie. iij.
Ecce ego mitto angelũ meũ q̄ p̄parabit viam ante faciem tuam. Scđo
p viam paratam in celum portando. vnde in Exodo. Ecce ego mitto an
gelum meũ q̄ cuſtodiat te in via ⁊ pducat te in terram quā pmiſi patrib⁹
tuis. Tercio in celo collocando. vnde Lucas in euange. Factũ eſt dum
moreretť ille mendicus ⁊ portabatur ab angelis in ſinũ abrae. Quinto
debem⁹ eos honorare. qꝛ ipi ſunt oracionũ noſtraꝝ rep̄ſentatores in con-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN